1259. 8. ante Kalen. Sempiemb. Milano. Morbio 11 (59) 59.

In nomine domini Anno dominice incarnationis Millesimo ducentesimo quinquagesimo nono. die sabati octauo die ante kallendas septembris Indictione secunda. In capitulo domus dominarum que dicitur domus sancti
petri intra sancta. que domus sita est extra portam tanensem ultra pontem nauigii. In capitulo predicte domus pro hoc negotio pagendo spiritualiter conuocato et collecto. In quo capitulo aderant domina Afelix prior
illius domus et domina poma subprior. soror turris. soror Roxa. soror caracossa. et soror abatissa. et soror beuenuta. et soror Jacomina. et soror biatrix. et soror agnexia. et soror auedua. et soror caracossa. et soror
bianca. et soror agnexia. et soror flardeuille. et soror lottera. et soror adraxia. et soror biatrix. et soror frantia. et soror bonafina. et soror iacomina. predicte prior et sorores nomine capituli predicte
domus ex una parte. Et algixius colionus ciuitatis Mediolani ex altera. fecerunt inter se permutacionem. In qua quidem permutacione predicte prior et sorores nomine capituli predicte domus dederunt in permutacione predicto
algixio peciam unam uiteum. cui coheret amane arguani scarsagironi et inparte predicti algixii a sero illorum de anzano a monte flumen morgule. a meridie predicti algixii et est pertice quatuor et iacet in loco de lauagnia
ubi dicitur . predictus vero algisius dedit predictis dominabus nomine predicte domus peciam unam terre cum uitibus iacentem in loco de caualiano ubi dicitur ad geram cui coheret amane hospitalis de brollio
a mane iordani scarsaguoni a sero heredum quondam marchixii scarsagironi a monte predicti hospitalis et in parte domine agnexie de lacte, (2 et est pertice tres et tabule due.) Eo tenore quod amodo quelibet predictarum partium cum suis heredibus et cui dederit habere et tenere
et titulo permutacionis debeat possidere id quod superius inpermutacione cuilibet eorum datum est. Et de eis facere quicquid facere voluerit una pars sine contradictione alterius suorumque heredum et cuiuslibet alterius persone
contradictione cum omnibus usibus et ualitudinibus et comoditatibus et accessibus et ingressibus et regressibus et omnibus iuribus predictarum superius permutacionum et ipsis permutationibus pertinentibus et eorum ocaxione pertinentibus et adiacentibus. Insuper ambe
partes cesserunt et dederunt sibi uicissim omnes actiones et omnia iura sibi quocumque modo et iure competentes et competentia in predictis et propredictis omnibus et contra quascumque personas et res et rerum possessores per et eorum ocasione et se ad
inuicem paratim in rem suam constituerunt et fecerunt. Et volentes dominium et possessionem earum sibi ad inuicem transferre. constituerunt se ea omnia nomine alterius partis possidere. Cui dominio et possessioni illico renuntiauit et sibi ad in
uicem transtulerunt deseruerunt et dereliquerunt et se absentes fecerunt suo ministerio possessores. Et promiserunt ambe partes suo modo et nomine videlicet dicte domine omnia bona illius capituli et dictus algixius omnia sua bona dicto
capitulo pignori uicissim una pars alteri. quod predicta omnia sibi uicissim defendent et guarentabunt secundum quod quelibet parte alteri parti inpermutacionem datum est ab omni homine omni tempore suis expensis et damnis. et sine damno et di
spendio alterius partis. Que omnia fecerunt ambe partes ita quod ad predicta omnia possint omni tempore conueniri si aliquid contingeret ocaxione predictarum. Renuntiantes quod non possint aliquo tempore opponere ut allegare aliquam dillacionem
causarum ut feriarum. Nec dicere se velle dare insolutum nec altera pars cogendi esse recipere insolutum pro predictis ut aliqua damna ut expensas nec interesse nec aliqua alia refectione cartas ut notas debita correctione. Actum ut supra.

Interfuerunt ibi testes mafeus de lixono filius quondam obizonis et guidacius filius quondam ottonis de casate et girardus de ricardis. 2

Ego mafeus filius poremoni lignaci ciuis Mediolani Notarius tradidi et ad scribendum dedi infrascripto facio (SS).

Ego faciolus cagnolus filius quondam ambrossii ciuitatis Mediolani porte horientalis notarius iussu suprascripti mafei notarii scripsi. et glosulaui ut supra et est pertice .iij. et tabule due. 2

25. Augusti
1259. 8. ante Cal. Septemb

Carta cambii facta inter algrerum allcensis et dominas de sancto petro [illegible]

1259. 8 a. Kal. Sept.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1810774551-11/fragment/page=2